Hieronymus, Sophronius Eusebius: Epistolae
Basel: Nicolaus Kesler, 1497 Seite 329



## SECVNDA PARS PRINCIPALIS: TRACTANS DE QVESTIONIBVS VETERIS AC NOVI TESTAMENTI.

Epiſtola beati Damaſi vrbis romanæ epiſcopi ad btm̄ Hieronymũ de quinq; quæſtionibus ꝓ
poſitis ad ſcribendũ excitãtis: monẽtis fructũ ſtudioꝝ in ſcribẽdo cõſiſtere. Quaꝝ quæſtio-
num tituli in epiſtola inſeruntur. Epiſtola .I.

DILECTO IN CHRISTO filio Hieronymo preſbitero Damaſus in do
mino ſalutẽ. Dormientẽ te lõgo iã tpe: & legentẽ potius ꝙ̃ ſcribẽtẽ: quæ
ſtiũculis ad te miſſis excitare diſpoſui: nõ quo & legere nõ debeas: hæc
ẽm veluti quottidiano cibo alitur & pĩgueſcit ratio: ſed ꝗ lectiõis ſit fru-
ctus iſte ſi ſcribas. Itaq; qm̃ & heri tabellario ad me remiſſo nullas iam te
epiſtolas habere dixiſti: exceptis his quas aliqñ in heremo dictaueras:
quaſq; tota auiditate legi atq; deſcripſi: & vltro te pollicitus es furtiuis
noctium operibus aliqua ſi vellẽ poſſe dictare. libenter accipio ab offe-
rẽte qđ rogare volueram ſi negaſſes. Neq; vero vllã puto digniorẽ diſputatiõis nr̃æ cõfabu
lationẽ fore: ꝙ̃ ſi de ſcripturis ſermocinemur inter nos. i. vt ego interrogẽ: tu reſpondeas. qua
vita nihil puto ĩ hac luce iucũdius: ꝗ aĩæ pabulo oĩa mella ſuperant. Q̃ dulcia (inquit ꝓphe Ps.118.
ta) gutturi meo eloq̃a tua ſup mell ori meo. Nã cũ iccirco (vt ait præcipuus orator) hoĩes a be
ſtijs differamus ꝙ loqui poſſumus: qua laude dignus ẽ qui in ea re cæteros ſuperat: in qua ho
mines beſtias antecellũt? Accĩgere igit: & mihi quæ ſubiecta ſũt diſſere: ſeruãs vtrũq; mode
ramẽ: vt nec ꝓpoſita ſolutionẽ deſiderẽt: nec epiſtola breuitatẽ. Fateor ꝗppe tibi eos quos mi
hi iãpridẽ Lactãtij dederas libros ideo nõ libẽter lego: quia & plurimæ epiſtolæ ĩ eis vſq; ad
mille ſpatia verſuũ tendunt: & raro de nr̃o dogmate diſputãt: ꝗ fit: vt & legẽti faſtidiũ gene-
ret lõgitudo: & ſi qua breuia ſũt: ſcholaſticis magis ſint apta ꝙ̃ nobis: de metris & regionũ ſi
tu & philoſophis diſputantia. Quid ſibi vult qđ in Geneſi ſcriptũ eſt: Omnis qui occiderit Gene.4.
Cayn ſeptem vindictas exſoluet? Si oĩa deus fecit bona valde: quare Noe de mũdis & ĩmũ- Gene.6.
dis aĩalibus præcepit: cũ ĩmundũ nihil bonum eſſe poſſit? Et in nouo teſtamẽto poſt viſionẽ
quæ Petro fuerat oſtẽſa dicẽti: Abſit dñe a me: qm̃ comune & ĩmundum nunꝙ̃ introiuit in os Act.10.
meũ: vox de cœlo reſpõdit: Qđ deus mũdauit: tu ne cõmune dixeris? Cur deus loquitur ad Gene.15.
Abraã ꝙ quarta ꝓgenie filij iſrael eſſẽt de ægypto reuerſuri: & poſtea Moyſes ſcribit: Quin-
ta aũt ꝓgenie filij iſrael exierũt de terra ægypti. qđ vtiq; niſi exponat videt eſſe cõtrarium.
Cur abraã fidei ſue ſignũ in circũciſiõe ſuſcepit? Cur Iſaac vir iuſtus & deo charus: non illi Gene.17. Gene.27.
cui voluit: ſed cui noluit deceptus errore benedixit?

Beati Hieronymi reſpõſiua epiſtola: tres tm̃ ex quinq; quæſtionibus ꝓpoſitis differẽs: & de
circumciſione ac diſcretione mundorum atq; ĩmundorum animalium ad Tertulianum No-
uatianum: Origenemq; remittens. Ep̃la. .II.

BEATISSIMO pape Damaſo Hieronymus. Poſtꝙ̃ ep̃lam tuæ ſãctitatis accepi: cõfe
ſtim accito notario vt exciperet impaui. quo ad officiũ ꝑparato: qđ erã voce ꝓmtu-
rus ante mihi cogitatõe pingebã. Interĩ tamẽ & ego linguã: & ille articulũ moueba-
mus: cũ ſubito hebræus interuenit deferẽs nõ pauca volumĩa: quæ de ſynagoga qua
ſi lecturus acceperat: Et illico: habes inquit qđ poſtulaueras: meq; dubiũ & quid facerẽ ne-
ſcientẽ: ita feſtinus exterruit: vt oĩbus prætermiſſis ad ſcribendũ tranſuolarẽ: qđ quidẽ vſq;
ad preſens facio. Verũ quia heri a dyacono ad me miſſo: vt tu putas ep̃lam: vt ego ſẽtio: cõmẽ
tarium te expectare dixiſti: breuẽ reſpõſionem ad ea deſiderãs: quæ ſingula magnoꝝ volumi
num prolixitate indigẽt ταῦτα σοὶ ἐξ χειλίας tibi confeſtim diſcuſſi: duabus tm̃ quæſtiũculis
prætermiſſis: nõ ꝗ non potuerim & ad illas aliquid reſpondere: ſed ꝙ ab eloquentiſſimis viris
Tertuliano nr̃o. ſ. & nouatiano latino ſermone ſint ædite: & ſi noua voluerimus afferre ſit la-
tius diſputandũ. Certe expecto quid placeat. Vtrũ ne epiſtolari breuitate ſententias tibi velis
digeri: an ſingulorꝝ libros cõfici. Nã Origenes ĩ quarta Pauli ad Romanos homo de circũciſi-
one magnifice diſputauit: & de mũdis atq; ĩmundis aĩalibus in leuitico plura diſſeruit: vt ſi ipẽ
inuenire nihil poſſẽ: de eius tñ fontibus mutuarer. Et vt certius loquar Didymi de ſpũſancto li
brũ in manibus habeo: quẽ tranſlatũ tibi cupio dedicare: ne me exiſtimes tantumõ dormitare:
qui lectionem ſine ſtilo ſomnũ putas. Antelatis itaq; ꝓblematibus quæ ep̃læ tuæ ſubieceras:
quid mihi videret annexi: veniã poſtulãs: & feſtinatõis pariter & moraꝝ. Feſtĩationis: quia ad
vnã lucubratiunculã dictare cũ voluerim multoꝝ opus dierũ. Tarditatis: quia alio oꝑe detẽtus
nõ ſtatim ad interrogata reſcripſi.

PRIMA QVESTIO.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-604/0329
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt